grata et irrevocabili donatione temporibus perpetuis de iure donaverunt inscripserunt ac irrevocabiliter resignaverunt, prout et praesentibus tenore donant inscribunt ac resignant. Omniaque et integra iura sua et inscriptionum suarum sibi competentia beneficia et potestates in ipsum Generosum Christophorum Zelski Notarium Terrestrem Bielscensem et eius successores plenarie transferunt et transfunderunt dimittuntque ac de bonis istis ex nunc condescendunt. Quorum bonorum certas partes idem Generosus Notarius ab obligatoriis possessoribus in quantum ius legitimum demonstraverit et competerit suis eliberare exonerare in possessionemque suam vindicare poterit. Cui intromissionem realem in praelibata bona modo praemisso donata et resignata, iidem recognoscentes cum pacifica possessione ac libero usu fructu per ministerialem Regni Generalem et Nobiles quos quemcumque sibi ad id commodius conducere poterit offere acceptandam dare et admittunt. Submittendo se ac de bonis suis generaliter omnibus successoresque suos ad eundem nominatum Generosum Notarium Terrestrem Bielscensem et eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento vendito et extrahendo quarumlibet personarum propinquarum et remotarum utriusque sexus status et cuiusvis conditionis existentium lucris perlucris donum reformationum aviticitatum per et ultra omnes praescriptiones terrestres toties quoties opus et necessarium fuerit tueri defendere evincere eliberare pacificare intercedere, semperque ea bona munda et libera facere solique tam per se quam per quasvis submissas et subordinatas personas non inquietare neque impedire. Sub tamen iis tantum simplici verbo absque corporali iuramento taxatis et dicendis. Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo citationis termino peremptorie responsione pro damnis ac eorum omnibus satisfactione. Omnibus controversiis exceptionibus allegationibus dilationibus evasionibus vere vel simplicis infirmitatibus motionibus appellationibus ac earum quibusvis prosequutionibus aliis in universum cunctis iuris beneficiis et remediis et defensis humani ingenii acrimonia excogitatis legalibus quo impedimentis etiam de iure concedi solitis, se et suos successores uti abrenuncianda et abrenunciando sub amissione suae et suorum successorum totius et integrae causae.

Zawadzki Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Generosus Christophorus a Zale Zelski Notarius Terrestris Bielscensis in Szczebla Truszki haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Christophoro Zawadzki et eius legitimo possessori tenetur est que debitus certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniae summam Quadraginta florenorum polonicalium. Quemlibet florenum per triginta grossos polonicales computando et numerando. Quam quidem summam idem Generosus Zelski Notarius Terrestris Bielscensis recognoscens submittit se ac de bonis generaliter omnibus cum possessione sua in servitute eidem Christophoro Zawadzki vel legitimo suo seu eius successori hinc et ab actu praesenti pro feria secunda in duabus septimanis post festum solemne Pentecostes proxime futurum parata pecunia solvere realiter et effective restituere aut circa acta officii praesentis reponere reposita tamque

et relictam ab officio eodem non recipere nec modo quovis reponere aut officio deiube-
re. Sub vadio similis summa alium quadraginta florenorum polonicalium in casu non solu-
tionis pro tempore praefixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo et coram
officio praesenti Castren Bracensi eidem se hac in parte subijcit in primo citationis termi-
no peremptorie stare parere respondere pro vadio excidere succumbendo ac summa eidem
pro satisfacere omneque iudicatum pati suis cum successoribus tenebitur sine ulla di-
latione cavatione motione appellatione diffugioque ac exceptione.

G. Zelski notarij T. B. Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Braciensibus personaliter comparentes
Nobiles Zophia filia et Nicolai Trzeskowska relicta consors olim Nobilis Petri Malinowski et
Nobilis Matthias Malinowski filius eius sani mente et corpore existentes palam publice ac
libere recognoverunt et quilibet eorum suo proutinteresse recognovit. Quia Generoso Christophoro
a Zelski Zelski Notario Terrae Bielscensi et eius legitimis successoribus Bona sua omnia
et singula mobilia et immobilia in haereditate Truski et [illegible] consistentia se recogno-
scentes post olim Nobilem Annam Trzeskowska aviam et Paulum Sierakowski ac alias
quasvis personas devoluta nec non per se quaesita et alio quocunque modo acquisi-
ta ipsis spectantia utputa in areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis fluvijs sta-
gnis piscinis prohensionibusque praesertim generaliterque cum omnibus et singulis in specie
utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis
cumque omnimoda suo dominio proprietate propinquitate nullo sibi iure relicto pura
mera syncera et irrevocabili donatione perpetuis temporibus duraturis dederunt donaverunt
inscripserunt irrevocabiliter resignaverunt prout praesentibus dant donant
inscribunt ac resignant. Cui eam etiam eadem recognoscentes in quae dicta bona ad
tenendum donata et resignata memorato Generoso Notario Terrae Bielscensi in realem corpora-
lem ac pacificam possessionem per ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos officio accipiendam dare
tradere et admittere. Submiserunt se ac de bonis suis omnibus cum potentia sua in
sirotendo praedictum Generosum Christophorum Zelski Notarium Terrae Bielsen-
sem donatarium suum suosque successores occasione praemissorum ab omni impedimen-
tis iuridico quamcunque personam propinquam et remotam [illegible]
[illegible] et [illegible] per et [illegible] omnes praetensiones [illegible] quoties
[illegible] praefata semper munda et libera facere [illegible] tam per se quam per
[illegible] simplici verbo absque corporali iuramento [illegible] nec [illegible]
et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Braciensi in primo citatio-
nis termino tanquam peremptorio peremptorie stare parere respondere pro
[illegible] ac citatis omnibus satisfacere omneque iudicatum pati suis cum successo-
ribus tenebuntur. Nullis controversijs exceptionibus allegationibus dilationibus [illegible]
vel simplici [illegible] motionibus appellationibus ac earum quibus
[illegible] remedijs et defensis legalibus [illegible] impedimentis etiam [illegible] et [illegible]
[illegible] et sui successores [illegible] abrenunciando
[illegible] et facimus [illegible] Capitis.